



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

LII. De eodem, ex statuto eiusdem domini Eberhardi archiepiscopi  
Saltzburgensis, quod incipit: Beneficia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15653**

ANNO  
CHRISTI  
1420.

animarum, sub institutione huiusmodi beneficiorum & collatione perpetuo sint suspensi.

LII.

*De eodem, ex statuto eiusdem domini Eberhardi archiepiscopi Salzburgerensis, quod incipit: Beneficia.*

Clerici qui presentantur ad ecclesias per patronos cum assignatione alicuius portionis, ut residuum vñibus patronorum applicetur, si de hoc non deferunt querelam ad episcopum suum, sunt ipso iure suspensi, & per episcopum huiusmodi beneficiis spoliandi. Patroni vero per episcopum, cum hoc ad ipsum deductum fuerit, ab huiusmodi exactione compescantur. Et si in hoc pertinaces reperti fuerint, ad presentationem huiusmodi ecclesiarum, cum proxime vacauerint, nullatenus admittantur.

LIII.

*De laicis qui sine consensu prælatorum bona fabricæ ecclesiarum deputata administrant. Ex statuto domini Ioannis Tusculani, quod incipit: Laicos.*

Laici sine assensu prælatorum & capitulorum bona fabricæ ecclesiæ deputata administrare non possunt. Et qui contrarium fecerint, si infra mensem, postquam per ordinarium loci moniti fuerint, non desistunt, excommunicati sunt ipso facto.

LIV.

*De his qui ecclesias & earum ædificia violenter & sine prælatorum assensu incastellare præsumunt, aut gentes ibi tenere.*

*Ex statuto eiusdem domini Ioannis Tusculani, quod incipit: Nonnullos.*

Qui ecclesias, campanilia, seu alia ecclesiarum ædificia violenter & sine prælatorum assensu incastellare, aut personis armatis munire præsumperint, & eorum heredes huiusmodi violentiæ participes, per suos superiores excommunicationis pœna percillantur.